

350, 12-8
Q. D. B. V.
D E

II f
415

CERTITUDINIS (X1860431)
IN COGNOSCENDO
GRADIBUS ET SPECIEBUS
DISSERTATIO PHILOSOPHICA.

Quam

Consensu Inclytæ Facultatis Phi-
losophicæ in Academia Lipsiensi,

PRÆSIDE

MAGNIFICO RECTORE

VIRO EXCELLENTISSIMO ATQVE CLARISSIMO

DN. M. VALENTINO ALBERTI

Dialect. & Metaph. P. P. Facult. Philos. Assesso-
re, & Collegii B. Mariæ Virginis Collegiato.

*Domino, Patrono atq; Præceptore suo
summè semper devotissimo;*

Publicè ventilandam proponit

BARTHOLOMÆUS BREDELO,

Regio M. Prussus Autor & Respondens.

Ad d. 29. Decemb. M. DC. LXVI.

H. L. Q. C.


L I P S I Æ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS,

G. D. S. V.
DE

CERTITUDINE
IN COGNOSCENDO
GRADIBUS ET SPACIIS
DISTRIBUTIO ETHNOGRAPHICA

Geographische Tabellen für
die Provinz Sachsen





C. B. D.

§. I.

Posse aliquid certò cognosci, nec mersa esse omnia densis ignorantiaë tenebris aut hæsitantiæ fluctibus; jamdudum contra Pyrrhonios, Zeteticos, Scepticos, Aporeticos, Ephecticos, vel quocunq; illi nomine venerint; evictum est; De quibus *vid. Gell. XI. 5. Laërt. l. 9. in vita Pyrrhonis Confer. & Ciceronē Acad. qv. 1. & 4.* neq; hodiè faciliè reperiatur, qui, saltem seriò, contrarium asserere ausit. Unde nec est, quod magnopere in his refutandis laboremus, aut post alios tot Roscios, qui id abunde præstiterunt, in hoc teatro saltemus. Id potius operæ pretium fore putamus; si de gradibus in cognoscendo, secundum quos alia magis alia minùs certè apprehenduntur, pro modulò ingenii paucula commentemur; Præmissis breviter nonnullis, quæ ad omnem in genere cognitionem facere videntur.

§. II.

Cùm verò vocabulum cognitionis sit ex iis quæ *πολλαχῶς λέγονται*, & nunc strictiùs usurpetur prout æquipollet scientiæ; (quemadmodum Platonicis imprimis *γνώσις* erat notitia non qualiscunq; sed eximia, nec rerum quarumlibet, sed maximè honorabilium, h. e. divinarum; planè ut *ἁπλῆσιμη & σοφία: vid. Excell. Thomasi Schediasma Histor: §. 25. p. 15.*) nunc latiùs, prout abstrahit à scientiâ, opinione, reliquisq; τῶν γνώσεων speciebus, & idem est, quod non ignorare: semel hic notasse sufficiat, nos in præsentì discursu, hæc ultimâ significatione semper usuros.

§. III.

Non tantùm ad omnem doctrinam disciplinamq; *Ἀγωνητικὴν* i. e. talem, quæ Syllogismo (quem à *λόγῳ* *προφορικῶ* sic dictum multi propugnant) comparatur (*vid. Cl. Neld. Synops. Anal. Post. p. 30.*): Sed ad Primorum quoq; Principiorum cognitionem, quæ

non acquiritur per discursum; Vocabulorum notitiam prærequiri
certum est. *vid. Conimbr. ad 1. Poster. c. 1. Art. 3. Scheibl. de Prop.
num. 33. Quoniam enim ut inquit Arist. l. 1. Soph. c. 1. fieri nequit
ut res ipsas sive conceptus nostros asseramus in disputationem, do-
cendovè alteri communicemus: hinc nominibus tanquam signis pro
rebus utimur. Quæ si non intelligantur, frustra reliquorum spera-
bitur cognitio.*

§. IV.

Hinc est quod passim in principiis tractationum commendari
solet inquisitio Nominis: Monente etiam Philosopho *περὶ τὸ ὀρθῶς
διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξελάζειν τὰ βνόματα.* Et de definitione ὀνο-
μασώδεις seu Nominali accipiendus est locus Ciceronis l. 1. Off. ex
Platonis Phædro descriptus; *Omnia quæ à ratione suscipitur, de aliquâ
re, institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de
quo disputetur.* His gemina habet lib. 1. de orat. m. p. 184. & alibi
passim. Atque ejusmodi definitiones Galenus in arte Medicâ ἐννοη-
μασώδεις vocavit, quod qualencunquæ ἐννοια ἰ. e. conceptum rei
definitæ declarent. *vid. Neldel. Synops. p. 22. It. Prati Logici p. 412.*
An verò & definitio essentialis ad aliquam cognitionem requira-
tur ut *περὶ γνώσεως*: De quo dubitat laudatus Neldel. Synops. p. 34.
apertius vero sentit: Prati p. 179. 180. id jam nihil ad nos.

§. V.

Cum verò vocabula significant ex instituto, non à naturâ ut
de Latinâ lingvâ asseruit Nigidius Figulus ap. Gell. X. 4. & stolidus
ille ap. Arriagam Disp. 13. Log. Sect. 1. Subject. 3. num. 13. qui eò
stultitiæ est progressus, ut affirmaverit, naturaliter sine ullâ arte
Dæmonis aut Dei, posse aliquem, qui eam lingvâ profus antea
ignoraverat, ex solâ rectâ humorum organorumq; dispositione, &
intelligere & loqui Latinè: Hinc verò apparet illum demum esse
verum eorum sensum, qui congruat cum conceptu dicentis.

§. VI.

Sed & hoc apparet, sensum ejusmodi, qui cum conceptu dicen-
tis congruat, unius vocis unicum tantum esse posse. Licet enim no-
mina, quia finita eorum multitudo est, res verò infinitæ sunt, non
possint non æquivocè significare: Iphis tamen rebus seu conceptibus
id non accidit, *vid. Arist. l. 6. Soph. 1, 1.*

§. VII. At-

§. VII.

Atque de humanis quidem conceptibus id ferè extra contro-
versiam est. *vid. Bernald. de Quiros Tract. 1. Disp. XI. Sect. 1. num.*
2.3. At de divinis non item. Nos, uti ad Theologorum cathedram
hanc litem remittimus, cumq; orthodoxis contra æquivocum Pon-
tificiorum Deum omnino facimus: Sic paucis tantum dicti Berni-
aldi Philosophicum *σφισμα* notamus.

§. VIII.

Ille enim cum communi apud suos sententiã num. 13. Affir-
mativam quidem tuetur, non tamen ut omnino certam, sed ut pro-
babilem. Probabilitatem hoc exemplo declarat: Possè, v. gr. ho-
minem quoq; hãc propositione; Gallus currit, vel Gallus est animal,
expressè & immediatè intendere significationem non modò Galli a-
vis, sed & hominis Franci,

§. IX.

Verùm ipse suo se gladio jugulat, quando num. 14. sibi objicit;
Scripturam sic fore æquivocam, si plura ut plura significet: unde &
ipsum *D. Thomam Art. 10. ad 1.* ad tollendam hanc æquivocationem
recurrere ad unum sensum literalem. Respondet enim: *Non est*
æquivocatio simpliciter, neq; obest argumentationi, si illa plura constet
determinatè intendi à loquente. Æquivocatio enim tunc est, quando
plura ut plura sine ullâ connexionè aut determinatione significantur.
Hæc ille. Dum verò negat, in tali casu plura, ut plura significari:
eo ipso multiplicitem sensus literalis plus destruit quàm astringit.
Æquivocationem etiam tum demum tolli, benè annotat, si constet
plura determinatè intendi &c. Manet ergo illud Philosophi *l. 3. Met.*
c. 4. Non unum significare, est nihil significare: vid. Dn. D. Dreieri
Metaph. Disp. 5. §. 15.

§. X.

Simplicium itaq; terminorum apprehensio, ut ex dictis patet
ad omnem cognitionem prærequiritur. Ipsa verò hæc apprehen-
sio quomodo fiat, & ad quam cognitionis speciem pertineat facile
explicatu est. Cum enim non acquiratur per Syllogismum, sed tan-
tum per Inductionem; patet, eam pertinere ad habitum primo-
rum principiorum qui INTELLECTUS dicitur, unde & facillimè
ei applicari poterunt, quæ de Intellectu in progressu dicemus. Con-
fer.

non acquiritur per discursum; Vocabulorum notitiam prærequirit
certum est. *vid. Conimbr. ad 1. Poster. c. 1. Art. 3. Scheibl. de Prop.
num. 33. Quoniam enim ut inquit Arist. l. 1. Soph. c. 1. fieri nequit
ut res ipsas sive conceptus nostros afferamus in disputationem, do-
cendovè alteri communicemus: hinc nominibus tanquam signis pro
rebus utimur. Quæ si non intelligantur, frustra reliquorum spera-
bitur cognitio.*

§. IV.

Hinc est quod passim in principiis tractationum commendari
solet inquisitio Nominis: Monente etiam Philosopho *περὶ τὸ ὀρθῶς
διδάσκειν δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα.* Et de definitione ὀνο-
μαστικῆς seu Nominali accipiendus est locus Ciceronis l. 1. Off. ex
Platonis Phædro descriptus; *Omnia quæ à ratione suscipitur, de aliquâ
re, institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de
quo disputetur.* His gemina habet lib. 1. de orat. m. p. 184. & alibi
passim. Atque ejusmodi definitiones Galenus in arte Medicâ ἐνομη-
ματικὰς vocavit, quod qualencunq̃ ἐνομοίαν i. e. conceptum rei
definitæ declarent. *vid. Neldel. Synops. p. 22. It. Prati Logici p. 412.*
An verò & definitio essentialis ad aliquam cognitionem requira-
tur ut *περὶ γνωσῆς*: De quo dubitat laudatus Neldel. *Synops. p. 34.*
apertius vero sentit: *Prati p. 179. 180.* id jam nihil ad nos.

§. V.

Cum verò vocabula significant ex instituto, non à naturâ ut
de Latinâ lingvâ asseruit Nigidius Figulus *ap. Gell. X. 4.* & stolidus
ille *ap. Arriagam Disp. 13. Log. Sect. 1. Subject. 3. num. 13.* qui eò
stultitiæ est progressus, ut affirmaverit, naturaliter sine ullâ arte
Dæmonis aut Dei, posse aliquem, qui eam lingvam prorsus antea
ignoraverat, ex solâ rectâ humorum organorumq̃ dispositione, &
intelligere & loqui Latinè: Hinc verò apparet illum demum esse
verum eorum sensum, qui congruat cum conceptu dicentis.

§. VI.

Sed & hoc apparet, sensum ejusmodi, qui cum conceptu dicen-
tis congruat, unius vocis unicum tantum esse posse. Licet enim no-
mina, quia finita eorum multitudo est, res verò infinitæ sunt, non
possint non æquivocè significare: Ipsis tamen rebus seu conceptibus
id non accidit, *vid. Arist. l. 6. Soph. 1, 1.*

§. VII. At-

§. VII.

Atque de humanis quidem conceptibus id ferè extra contro-
versiam est. *vid. Bernald. de Quiros Tract. 1. Disp. XI. Sect. 1. num.*
2.3. At de divinis non item. Nos, uti ad Theologorum cathedram
hanc litem remittimus, cumq; orthodoxis contra æquivocum Pon-
tificiorum Deum omnino facimus: Sic paucis tantum dicti Bern-
aldi Philosophicum *σφισμα* notamus.

§. VIII.

Ille enim cum communi apud suos sententiã num. 13. Affir-
mativam quidem tuetur, non tamen ut omnino certam, sed ut pro-
babilem. Probabilitatem hoc exemplo declarat: Possè, v. gr. ho-
minem quoq; hãc propositione; Gallus currit, vel Gallus est animal,
expressè & immediatè intendere significationem non modò Galli a-
vis, sed & hominis Franci,

§. IX.

Verùm ipse suo se gladio jugulat, quando num. 14. sibi objicit;
Scripturam sic fore æquivocam, si plura ut plura significet: unde &
ipsum *D. Thomam Art. 10. ad 1.* ad tollendam hanc æquivocationẽ
recurrere ad unum sensum literalem. Respondet enim: *Non est*
æquivocatio simpliciter, neq; obest argumentationi, si illa plura constet
determinatè intendi à loquente. Æquivocatio enim tunc est, quando
plura ut plura sine ullâ connexionè aut determinatione significantur.
Hæc ille. Dum verò negat, in tali casu plura, ut plura significari:
eo ipso multiplicitem sensus literalis plus destruit quàm astringit.
Æquivocationem etiam tum demum tolli, benè annotat, si constet
plura determinatè intendi &c. Manet ergo illud Philosophi *1.3. Met.*
t. 4. Non unum significare, est nihil significare: vid. Dn. D. Dreieri
Metaph. Disp. 5. §. 15.

§. X.

Simplicium itaq; terminorum apprehensio, ut ex dictis patet
ad omnem cognitionem prærequiritur. Ipsa verò hæc apprehen-
sio quomodo fiat, & ad quam cognitionis speciem pertineat facile
explicatu est. Cum enim non acquiratur per Syllogismum, sed tan-
tum per Inductionem; patet, eam pertinere ad habitum primo-
rum principiorum qui INTELLECTUS dicitur, unde & facillimè
ei applicari poterunt, quæ de Intellectu in progressu dicemus. Con-
fer.

fer. quæ de suppositione & Signis in Logicalibus suis passim afferunt Scholastici,

§. XI.

Sed, quoniam de INTELLECTU mentionem injecimus, proximum nunc est ut hanc telam pertexamus. Janua omnis reliquæ cognitionis, per Syllogismum acquirendæ, sunt propositiones illæ universales, quæ *Principia cognoscendi Prima* dicuntur. De his ex accuratissimo *Scheiblero Metaph. l. 1. c. 21. Tit. 5. Punct. 2. num. 66. seqq.* hæc notasse sufficiat. Quamvis dentur principia cognoscendi, quæ non sunt Entia complexa sed incomplexa, veluti effectus respectu causarum: eminere tamen ea quæ vulgo *Dignitates* seu *axiomata* vocantur ex *Aristot. 1. post c. 7. t. 57.* De quibus ita *Zabarella 1. Post. t. 14. f. 672.* Illa quæ propter maximam evidentiam nota sunt omnibus antequam audiant ex ore præceptoris, à Grecis *axiomata*, à Nostris *dignitates* dicuntur. Sunt enim quedam ita conspicua secundum Aristotelem, ut eis hoc nomen tribuatur ad significandam claritatis excellentiam, quasi præ cæteris digna quibus fides adhibeatur. Hæc ille, quibus adde *Scalig. l. 4. Poët. c. 6. & l. 5. de causis Lat. Ling. c. 114.* vide & laudatum *Scheibl. in Tract. de Prop. cap. 1. Tit. 2. num. 3. & quæ de Propositionibus per se notis differit c. 8. Tit. 13. n. 31. seq.*

§. XII.

Dixi; Prima principia esse januam omnis reliquæ cognitionis per Syllogismum acquirendæ. Sunt verò duplicia; Communia & Propria. Illa sunt quæ pluribus disciplinis applicari possunt: Atque inter hæc omnium prima & communissima sunt duo illa: Impossibile est idem simul esse & non esse: Ac; De quolibet vera est affirmatio vel negatio: Hæc verò sunt quæ uni certæ scientiæ particulariter competunt. Et hæc quidem quam maximè ad demonstrationem vel scientiam (de qua infra) requiruntur. Confer quæ de requisitis Propositionum Analyticarum; Ut sint veræ, primæ, & immediatæ seu indemonstrabiles, *ἀνεπίδεικται* seu vernaculæ, differunt Logici, *Scheibl. de Demonstr. no. 73. seqq. Neldel. Prat. p. 147. seqq. It. Synops. p. 55. seqq.* Maximè verò communia illa extrinsecus tantum demonstrationibus inserviunt, ut ex Euclideis cognosci facile potest; non etiam ingrediuntur demonstrationes. *Vid. Neld. Prat. p. 246.*

§. XIII.

§. XIII.

Hæc igitur Principia, cum non admittant priorem aliquam notitiam intellectus; hinc habitus eorum καὶ ἐξαίρετον νοῦν vel INTELLECTUS salutatur ab Arist. c. ult. l. 2. Post.

§. XIV.

De Certitudine verò hujus Cognitionis nihil attinet dicere: Eam enim qui inficias eat, nisi emotæ mentis sit, neminem fore; Sumus quàm certissimi. Nec obstat inveniri nonnullos qui communisimorum etiam principiorum, *Impossibile est. &c.* certitudinem in dubium vocent, uti factum olim videtur ab Heraclito ac Protagorâ aliisque; Et hodiernum fit à Judæis; unde & passim in Talmude iteratur: *Quando duo Rabbinî, in contrarias sententias diversi abeunt, neminem obloqui debere, utrumque enim doctrinam suam accepisse* משה מסיו מקבלת משה מסיו *per traditionem oralem Mosis à monte Sinai, quin imò, אלו ואלו דברי אלהים חיים* Amborum verba, (etsi contradictoria) esse Verba DEI viventis. Vide Buxtorff. Synag. c. 3. ubi etiam allegatur Lutherus in Schembamphorasch. Ita sc. nebulones illi oppedunt communissimæ Regulæ, quam ipsimet scitò anagrammatismò exprimunt כן נאם אן אמן אן אמן. Consentit verò iis hac in parte impurissimus ille scurra, qui se falsò Christianum Israëlitam nominat in libello famoso. *Affert. 3. contra Grauer.* quando scribit: *Axioma illud naturale, quod duo contradicentia non possint esse vera simul, cum impossibile sit idem simul esse, & non esse, neminem verum Christianum posse agnoscere nec debere.*

§. XV.

Non, inquam, hæc obstant: Regerimus enim illa Philosophi Anal. Post. 1. c. 8. *Quid est, quod verbo labefactari refelligi non queat? at si suam quisq; mentem consulat, multa sunt quibus obsisti non possit.* Ipsos verò ejusmodi præfractos negatores ac nugatores fustibus omnium optimè refutari posse, cum Scoto & aliis censemus. Vid. Hornejū de processu Disp. c. 5. p. 65. seqq. Dreier. Metaph. Disp. 5. & adde duo illa Philosophorum Lipsiensium sidera Schertzerum & Thomasium in Resolut. Regg. 1. & 2. Stablii. Cæterum an ejusdem primi principii certitudo infringatur, si statuamus, duplicem dari veritatem, Theologicam alteram, alteram Philosophicam; eam litem h. l. nostram non facimus; pauca tamen in hanc rem allaturi infra §. 96.

§. XVI.

§. XVI.

His itaq; prælibatis; ad eas nunc cognitionis Species, quæ per syllogismum ex principiis illis deducuntur, propius accessum facimus. Numerantur autem à *Conimbricensibus* in *L. 1. Post. Anal. c. 26. qu. 1. art. 1.* sex habitus intellectus speculativi, tres evidentes, Intellectus, Sapientia & Scientia: tres inevidentes, Opinio, fides humana & suspicio. Nos itaq; pertractatò jam Intellectu eos porrò qui restant habitus magis *Διγνοητικὸς* seu discursivos, breviter examinabimus. Et quidem, cum *legitimæ Cognitionis duæ tantum sint Species: Alia quidem accurata, firma & solida, aut tanta saltem, quanta pro rei naturâ haberi potest, & ut paucioribus dicam, ex ipsa rerum de quibus agitur, essentiâ hausta quæ Ἐπιστήμη scientia dicitur in Theoreticis: Alia verò popularis non accurata, non firma, nec ex ipsâ propriâ & vernaculâ rerum, de quibus agitur, naturâ ducta quæ δόξα Opinio dicitur in Practicis Neld. Prat. p. 41.* Id in præsentī agemus, ut, quinam ex recitatis habitibus magis ad hanc, magis ad illam accedant i. e. quinam magis, quinam minus certi sint, certosve nos reddant, discipiamus

§. XVII.

Verùm cum SAPIENTIA non sit unius certæ conclusionis cognitio: Sed habitus ex intellectu & scientiâ mixtus, consideretq; non ea modò quæ ex principiis demonstrantur, sed & ipsa principia; Unde & scientia quædam *κεφαλήν ἔχουσα* seu Capitata dicitur *Arist. Eth. 1. 6. c. 7.* Hinc & de eâ nihil in specie attinet dicere. Videantur interim *Magnif. Dn. Præsidis Prælect. Met. tb. 8. Præcogn.*

§. XVIII.

Ad SCIENTIAM potius breviter considerandam accedimus. Dicitur autem Scientia Græcis *Ἐπιστήμη*, quæ vox unde deduci putetur, consulendus est *Cratylus Platonis*, inquit *Neldel Synops. p. 39.*

§. XIX.

Varia quoq; acceptio ejusdem vocis nunc expedienda venit. Optimè verò eam proposuisse videtur *Neldel. Prati p. 261.* Ubi vocem *Ἐπιστήμης*, præter eam significationem, quâ ap. Philosophos capitur pro toto systemate disciplinæ theoreticæ, qualis est Physiologia. &c. (imò pro quovis mentis habitu seu notitiâ, quemadmodum *8. Top. c. 3. Philosophus* eam dividit, quod scientiarum quædam sint

sint θεωρητικαί, quædam πρακτικαί, quædam ποιητικαί. Unde tandem orta colluvies plurimarum quæstionum, quæ solidam Philosophandi rationem penitus conspurcavit, ut inquit *Id. Ibid. p. 418.* tribus modis dici annotat 1. κοινῶς communiter, pro qualibet notitiâ cuius Syllogismo propositâ. 2. ἰκείως propriè, pro cognitione firmâ conclusionis, ad quam ex propriis propositionibus, in disciplinis, quæ non sunt scientiæ (Theoreticæ) parandam Syllogismus didascalicus (in specie sic dictus vid. *p. 110. &c.*) pertinet. 3. ἰδιαιτάῃ propriissimè, pro eâ conclusionis cognitione, quæ est scopus ac finis demonstrationis (seu Syllogismi Apodictici.)

§. XX.

Missam facimus acceptionem primò locò positam, utpote nimis latam: Circa posteriores verò duas ita versabimur, ut, cum iis vox scientiæ καὶ ἀναλογίαν tribuatur, uti vult *Zabarella & alii* recentiores. *Neld. p. 121. 131.* tertiam tanquam potissimum analogatum initio expendamus. Suspiceris tamen, receptò errore, analogiam hic idem significare, quod Aristoteli dicitur ἀφ' ἐνὸς καὶ πρὸς ἐν. *Vide §. seq.*

§. XXI.

Sed utraqûe hæc scientia rursus καὶ πρότερον καὶ ὑστερον, sive ἀφ' ἐνὸς καὶ πρὸς ἐν dicitur respectu scientiæ τῆς διόλης, & τῆς ὄλης. *Vide Neld. Prnt. p. 142. 143.*

§. XXII.

Ut itaqûe distinctè procedamus, rem ita partiemur, ut consideremus primò scientiam τῆς διόλης, tum eam, quæ acquiritur per ἀπόδειξιν, tum quæ per Syllogismum didascalicum; subjungamus deinde pauca de scientiâ τῆς ὄλης.

§. XXIII.

Tria sunt in demonstrationibus, sive scientiis, (pari enim hoc loco illa passu ambulant *vid. Sobeibl. de Syllogism. c. 15. num. 32.*) Sicut & in quolibet alio Syllogismò tres sunt termini, Major, Minor & Medius. Major hic peculiari nomine appellatur πᾶσι, πᾶσιμα affectio, & cum Epitheto ἴδιον πᾶσι, τὸ καθ' αὐτὸ συμβεβηκός Accidens per se, ζητούμενον, quæsitum. Medius appellatur ἡ αἰτία διήν τὸ πρῶτον αἴτιον, τὸ αἴτιον πρῶτον. Minor deniq; vocatur τὸ γένος, τὸ ὑποκείμενον, τὸ πρῶτον πάχος, τὸ πρῶτον δεκτικόν. *Vid. Neld. Prnt. p. 175.*

B

§. XXIV.

§. XXIV. Quodigitur nunc I. Scientiam illam palmariam, quæ datur in Theoreticis, attinet; dicimus: Omnes tres ejusdem terminos representare res necessarias. *Eth. l. 6. c. 3.*

§. XXV. Et autem omnis tollatur ambiguitas vocabulorum necessarij & contingentis: Observandum est res necessarias in hujusmodi disputatione ap. Aristotelē significare eas tantum, quæ non sunt *κρηται τῶ ἀνθρώπου*. i. e. sunt ejus conditionis ac naturæ, ut solâ hominis industriâ neque esse neque fieri possint, ut sunt res divinæ & naturales, tam cælestes quàm terrestres, earumque proprietates & proprietatû causæ. Harum enim neque *γένεσις*, neque essentia, neque *ἰδία πᾶθῆ* & causa *παθῶν* in hominis potestate sunt. *Neldel. p. 122. Prat.*

§. XXVI. Alia enim omninò Necesitas intelligitur, quando non hæc modo, sed & altera illa scientia in Practicis dicitur versari circa res necessarias, aut constari ex Propositionibus necessariis. *vid. Neldel. Pr. p. 117.* Id sc. est quod vulgò dicitur, scientiam esse non nisi necessariorum. *Vid. infra §. 68. seqq.*

§. XXVII. Ad MINOREM in specie terminû seu subjectum requirimus cû *Scheiblero de Syllog. c. 15. no. 60.* ut sit Ens. Non-Entis enim nulla est scientia, ut ait *Philosophus 1. Post. 2.* Qui quamvis de Logicò tantum sensu fuerit sollicitus, de Non-Ente sc. complexo sive Propositione falsâ, Nihil tamen obstat, quo minus nos utamur eò Canone in sensu etiam Metaphysicò. *Vid. Excell. Thomasium in Regg. Stahlîi Diss. 1. Reg. 7. §. 2, 3.*

§. XXVIII. Ne verò quis cavilletur; Nos Scientiæ Theoreticæ malè hoc loco tribuere tanquam proprium, quod ipsi cum alterâ illâ scientiâ commune est. Scientes enim prudentesque id nos fecisse iterum iterumque; ajimus. Eâdem enim ratione, quâ scientiæ Theoreticæ, nomen scientiæ primariò conveniebat §. 20. Subjecto quoque ejus, Entis nomen in primariâ illâ significatione, quâ substantiam notat, competere nunc asserimus. *In demonstrationibus enim scientiarum, (i. e. disciplinarum Theoreticarum) Minus extremum perpetuò est vel subje-*

Etum genus illarum, vel subjecti generis aliqua Species, inquit Neldel. p. 128. Jam autem subjecta genera præcipuarum illarum disciplinarum Theoreticarum sunt tres hæ substantiæ, una immobilis, DEUS, duæ mobiles Cælum & Corpus naturale. Unde per ἀναλογίαν reliquarum quoque Theoreticarum disciplinarum subjecta, substantiæ nomine comprehenduntur ab Aristotele l. 1. Post. c. 23. al. 24. quando μονάδα unitatem, Arithmeticiæ subjectum, vocat ἑστίαν ἀθετόν. i. e. substantiam expertem situs: συγμῆν verò seu punctum, Geometriæ subjectum, ἑστίαν θετόν substantiam cum situ. vid. Neldel. p. 120.

§ XXIX.

De MAJORI extremo, videndum est quænam sint, quæ sub demonstrationem vel scientiam τῆ διότι cadere possunt. Non enim nulla neque omnia etiam demonstrari possunt. Ut docet Philosophus l. 1. Post. Anal. c. 3. Possunt quæ causam habent ab essentiâ diversam; cuiusmodi sunt τὰ πάθη καὶ τὰ κατ' αὐτὰ συμβεβηκότα i. e. Affectiones & ea quæ per se insunt subjectis generibus accidentia. Excluduntur itaque hæ substantiæ & omnia essentialia prædicata, propriè ita dicta; quia non insunt per causam sive non habent τὸ αἴτιον ἢ ἑστίαν ἕτερον. Excluduntur etiam communia accidentia, quia non insunt per se subjectis, nisi attribuantur suis πρώτοις δεκτικοῖς. Neld. P. p. 184. 185.

§ XXX.

Scheiblerus tamen de Syllog. c. 15. num. 64. seqq. asserit: Attributum non semper esse accidens prædicamentale, cum de DEO demonstrantur attributa divina, & de Ente attributa transcendentalia; Et nihilominus, neque attributa divina, neque transcendentalia sint accidentia. Unde infert, quod res demonstrabilis aliquando sit substantia. Cum enim, inquit, attributa divina, veluti Omnipotentia &c. habeant realem identitatem ad essentiâ divinam; idcirco non sunt accidentia, sed substantia sicut ipsa divina essentiâ. Ad verba verò illa ex Aristotele citata, τὰ πάθη καὶ τὰ κατ' αὐτὸ συμβεβηκότα: Respondet: i. vocem passionis & accidentis aliquando generaliter accipi, ut omne attributum dicatur accidens & passio &c. Quomodo & Cyrillus l. 11. Theauri: divina attributa vocat accidentia (sed cum moderatione vide it. Scheibl. Metaph. 2. num. 88.) 2. Si Aristoteles vocem Accidentis accepit strictius ad significandum accidens prædicamentale, ut videtur Zabarella, tum dicendum; Aristotelem

declarasse terminos demonstrationis illius solum, quæ esset usitator
& vulgator &c.

§. XXXI.

Intricatissimus sanè hic nodus est, qui nisi dextrè solvatur, al-
terutrum Aristotelicis videtur admittendum esse absurdum: ut, vel
dicant; Esse aliquid in DEO, quod non sit ipse Deus; Cadere in De-
um accidens &c. vel necessum habeant Deum eximere scibilium
numero. Quod tantum abest, ut admissuri unquã videantur, ut poti-
ùs principem scientiã, ipsamq; adeò Sapientiam tradant esse de Deo,

§. XXXII.

Nos quid sentiamus ità breviter exponimus 1. Dicimus om-
ninò Attributiona Dei essentialia ab ipso DEO non distingvi distin-
ctione reali sed rationis. *vid. Scheibl. Met. l. 2. c. 3. Art. 4. num. 109.*
seqq. Secùs quàm *Gualterus quidam ac Gilbertus Porretanus* do-
cuit, qui realem statuit distinctionem: quamvis de hoc neget *Vas-*
quez, eandem verò sententiam impingat *Durando*; qui defenditur à
Smisingio Scotistâ Theol. Tract. 2. Disp. 1. num. 12. seq. quem vide.
Neque jam inquirimus in ipsius *Scoti* distinctionem formalem ex
naturã rei, quam defendit *Smising. Ibid. num. 40. seqq.* Discursum
Magnifici Dn. Præsidis annotasse suffecerit iis, qui eundem in colle-
gio Pneumatico nuperrimè habito, mecum audiére differentem.
Quamvis autem 2. fortè non negandum sit: Affectionis atque Ac-
cidentis vocabula generaliter aliquando accipi; Dicimus tamen 3.
propter realem illam identitatem attributorum DEI cum ipsã DEI
essentiã; omninò de DEO non posse dari in sensu Aristotelico Sci-
entiam propriissimè sic dictam. Idemque iudicium esto quoad hoc
de Attributionis transcendentalibus Entis vel Unius, quæ instantiæ lo-
co afferebantur à *Scheibler. §. 30.*

§. XXXIII.

Cùm verò nihilominus demonstrationes illæ sint ἐκ οὐκείων
ἀημεμάτων: nihil obstat, quo minus ad alteram illam analogicam sci-
entiam §. 20. referantur: Quod & subodoratus fuisse *Scheiblerus*
videtur; quando (§. 30. in fine) demonstrationem usitatorem ab
aliã minus usitatã distingvit.

§. XXXIV.

Eleganter id deduxit *Ἀριστοτελικῶν* *Dreierus Met. Diss.*
20. seu

20. seu ult. Ubi § 22. ostendit, in sapientiâ, quippe quæ prima principia primasq; causas inquirat, non dari demonstrationes & definitiones propriè dictas: utpote quæ non nisi in rebus compositis locum habent; ut docet Philosophus l. 7. Met. c. ult. Idem §. 23. Unde (inquit) & constat passiones, quas Philosophus Enti ac Uno tribuit, ut idem, diversum, &c. non esse propriè passiones: Sic enim aliquid reale superadderent iis, de quibus dicuntur, & cum Ente compositionem facerent.

§. XXXV.

Unde verò fiat, quod de DEO, Ente, Uno concipiamus quædã tanquã per demonstrationem: Id. Ibid. explicat §. 25. Nihilominus ut saepe intellectus sibi fingit universalia & multa & composita, ubi talia non sunt: Sic & in Ente & Uno & consequentibus ejus & simplicibus formis sibi diversas imaginatur passiones, & perfectiones, & diversam à passionibus quidditatem. Et paulò post: Sic unum attributum ex altero demonstrat Philosophus de DEO, cum tamen DEus sit Ens simplicissimum.

§. XXXVI.

Demum Idem §. 26. occurrit objectioni supra (§. 31.) à nobis positæ. Nec tamen hoc ipso dignitati aut certitudini hujus scientiæ quicquã decedit: quia principiis proprium est, ut sine demonstratione ab intellectu sciantur exactissimè, ac sint omnis demonstrationis origo.

§. XXXVII.

De Attributis DEI essentialibus dictum hætenus. De iis verò quæ *ἐξελικὰ* seu respectiva vocant, externis imprimis, ut creatione, Providentiâ, &c. (vid. Scheibl. Met. l. 2. c. 3. num. 133.) alia res est. Eas enim à posteriori seu per demonstrationem τὸ ὅλον (de quâ §. 51.) probari posse, certum est; Et innuit rursus Dreierus l. c. Nihilominus unica occurrit demonstratio Primi motoris ex motu à posteriori l. 12. quæ in Physicis jam ante erat proposita, eaq; non de re simplici, sed compositâ instituitur, sc. de primo motore. &c. Ubi tamen nota ἀνεργολογία hic quodammodo esse in voce compositi. Compositio enim requirit unionem & connexionem extremorū illorum, ex quibus res aliqua componitur. Unde quod comparatur per modum egredientis ab essentiâ, vel ut aliquid extraneum seu extrinsecum ad essentiâ, id compositionem facere non potest in DEO. inquit Scheibl.

Met. l. 2. num. 247. Et num. 274. Effectus cum sua causa non faciunt compositionem, quia secundum proprium suum esse, non sunt in causa, sed à causa solum. Neque negaverit ipse Dn. Dreierus. vid. *Disp.* 17. §. 9.

§. XXXVIII.

Paulo prolixius hæc tradere volumus, cum maximè faciant ad explicationem scientiæ propriissimè sic dictæ. Cæterum ex iis etiam quæ §. 25. dicta sunt; patet, sub scientiam cadere non tantum *Ἰδέα παθήματα*, quæ perpetuò & immutabiliter insunt subjectis; sed etiam *πολλάκις γινόμενα*, quæ sæpe, seu non semper subjectis insunt, sed positâ demum causâ ponuntur, ablatâ tolluntur, ut *Eclipses*; Item *τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐνδεχόμενα* quæ ut plurimum contingunt, neque necessariò seu perpetuò insunt subjectis, neq; statim causâ positâ ipsa ponuntur, modò non sint *κνητὰ τῷ ἀνθρώπῳ*: ut sunt naturæ opera, quæ ut plurimum & ferè semper eòdem modò se habent, nisi aliquid impedierit. Atq; de his loquitur *Philosophus l. 1. Post. c. 25. (al. 27.) It. lib. 1. Prior. c. 12.* Ubi talia contingentia vocat *πεφυκότα*, quod in naturâ certam ac definitam causam habeant, ut hoc potius, quàm aliò modò fiant & ideò quodamodò necessaria dici possint, si non *ἀπλῶς* & absolutè, tamen *ἐκ ὑποθέσεως* cum conditione, si non impediuntur. Ut docet *Philosophus l. 2. Phys. c. ult. Neldel. Præf. p. 125. seq. vide & Scheiblerum ad illam quæstionem; An prædicatum demonstrabile semper sit adjunctum proprium; num. 67. seqq. Confer, etiam Excell. Thomas. in Regg. Stablii Disp. 1. Reg. 6. §. 100.*

§. XXXIX.

MEDIUM nunc terminum aggredimur, ubi, nisi temperare nobis vellemus, latus iterum dicendorum se nobis aperiret campus. Sed rem in pauca conferemus. Dicimus igitur; Medium illud semper esse causam. Ea verò non æstimari debet per ordinem ad subjectum, sed per ordinem ad affectionem. *Scheibl. de Syllog. c. 15. num. 40.* Estq; in primariâ hac scientiâ unius rei seu effectus, una tantum causa simpliciter proxima *συνεχλική*. vid. *Neldel. Pr. p. 132. Scheibl. num. 57.*

§. XL.

Quæstio, quam movet *Scheiblerus num. 41. seqq.* An requiratur

tur semper causa rigidè sic dicta? cum non nisi propter essentialia
DEI, & transcendentia Entis attributa, quæ causam rigidè sic dictam
non agnoscunt, allata sit: ex iis quæ paulo ante §. 32. seqq. diximus;
decidi nullo negotio poterit; Si affirmemus omnino ad scientiam ri-
gidè sic dictam, causam quoq; rigidè sic dictam requiri. Quod nec i-
pse rursus Scheiblerus diffitetur: & usitatiorem, & fortè nobiliorem
esse demonstrationem, quæ est ex veris causis. num. 47.

§. XLI. *De causis formalibus*
Cum verò causarum quatuor numerentur species, duæ exter-
næ, duæ itidem internæ; & ex §. 39. notum sit, causas hic intelligi nõ
nisi in ordine ad affectionem; notum verò etiam sit ex §. 29. causam
debere esse ab essentiâ affectionis diversam: Hinc ultrò liquet, ex-
cludi hic ejus materiam & Formam, ut quæ sint causæ internæ affe-
ctionis, adeoque ab essentiâ ejus non diversæ.

§. XLII. *De medio*
Quando itaque Aristoteles 2. Post. c. 11. ex omnibus quatuor
causarum generibus dicit posse desumi medium: intelligendum id
est, de materiâ & formâ vel materialiter seu suppositione materiali,
ut ipsæ voces Formæ & materiæ adhibeantur pro medio, etsi sub for-
mali alterius causæ; vel indifferenter loquendo, non ut dicantur ma-
teria & forma passionis, sed per ordinem ad subjectum. Vide
Scheibl. num. 48. seqq.

§. XLIII. *De causa efficiente*
Manet igitur, medium hic tantum esse posse in formali suo, Ef-
ficientem & Finem. Causa porro Efficiens attributi iterum distin-
guenda venit in internam & externam, respectu sc. subjecti. Neldelig
p. 187. seq. leviter improbatâ sententiâ Zabarella, (quem magni no-
minis Philosophum vocat) cui internæ dicuntur omnes illæ, quæ
sunt in eodem subjecto, in quo hæret accidens demonstrandum;
Externæ verò, quæ loco disjunctæ sunt à subjecto accidentis: rem ma-
gis accuratè h. m. proponit; ut internam subdividat in eam, quæ
subjecto inest, vel primò per se dicendi modò, tanquam pars essen-
tialis, qualis est Materia aut Forma illius subjecti; vel secundò mo-
do, tanquam essentielle accidens: quales causæ necessariò ex altera-
trâ priorum, Materiâ nempe Formâvé fluunt. Atq; tres hæ causarum
species ab Aristotele in *9^æca* causarum l. 2. Post. c. 11. ἀνάγκη di-
cuntur, à Scholasticis verò *causæ Efficientes per Emanationem*.

§. XLIV. Ex his verò quænam causa Efficiens sit Externa, vi opposito-
rum facile elucescet: Talium verò accidentium, quæ causas habent ex-
ternas difficilis est ἀνάλυσις, ut omnes ferè Interpp. animadverterunt,
& ipsa ἐργασία seu γένεσις demonstrationis declarat, & natura quoq;
terminorum comprobatur. inquit Neldel. p. 195.

§. XLV. De causâ finali tenendum est: omnia accidentia, omnesq; effe-
ctus qui causam finalem habent, etiam habere causam efficientem, &
ad perfectam sui scientiam requirere utriusq; cause cognitionem neces-
sariò. Sed ex iis tamen causam finalem questioni τὸ διότι potissimum
satisfacere, nec animum acquiescere, si causa Efficiens etiam in hoc ge-
nere conjuncta & simpliciter proxima posita sit, nisi quoq; causa finalis
optimè fuerit prospecta. At non contra omnia accidentia, quæ causam
Efficientem habent, eamq; vel internam vel externam, etiam habent
causam finalem, seu alicujus gratiâ ab Efficiente fiunt. Neld. Prat. p.
198. seqq. Ubi vide, quæ porrò de causâ finali commentatur, neque
enim nobis omnia exscribere libet. Compendium quoq; eorum, quæ
dicta sunt hætenus de causis vid. ap. Eundem p. 204. 205.

§. XLVI. Hætenus de Scientiâ propriissimæ significationis §. 19. Nunc
II. de eâ quæ secundo loco ponebatur ibid. Hanc igitur locum habe-
re in disciplinis Practicis dictum ibid. Quod tamen non exclusivè
sed cumulativè accipiendum: cum & in Theoreticis usurpetur non-
nunquã vid. Neld. Prat. p. 346. ubi expressè de hæc ita loquitur; sive
in scientiis (disciplinis Theoreticis) sive in aliis quibuslibet disciplinis
illa adhibeatur &c. Et sic huc quoque referimus scientiam de attri-
butis Dei & Entis. §. 33.

§. XLVII. In quibus verò hæc duæ scientiæ conveniant, scitè ostendit
Neldel. p. 114. seqq. Nobis pro instituto sufficit; Convenire eas in
hoc, quod utraq; conflatur ἐκ οἰκείων λημμάτων i. e. in Physicâ ex
Propositionibus & Principiis Physicis, in Ethicâ ex Ethicis &c. Quod
qui negligunt committunt crimen partim τὸ μεταβῆναι ἐκ γένους εἰς γέ-
νους, partim ἀπειθεσίας τῶ ἀναλυτικῶν vid. Aristotelem l. 1. Eudem. c. 6.
convenire item in eò, quod utraq; animum nostrum reddat ἀμετά-
πλωτον. &c.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Differentias quoque annotat *Neld. p. 122.* Et facillimò negotiò plerumque patescunt, si repetamus, quæ de priori specie dicta sunt. Itaque hic dicimus, omnes tres terminos constare plerumque; rebus contingentibus, i. e. quæ sunt vel κτηνὰ τὰ ἀνθρώπων, ut sunt omnes res ποιητὰ καὶ τεχνολογὰ; vel etiã ad κτηνὰ seu res humanã industriã parabiles ἁπλῶς i. e. relationem habent: tametsi alias sine relatione ad res humanã industriã comparandas, sint necessaria: quomodo Animus cadit sub scientiam Ethicam. vid. *Neld. p. 123. Conf. §. 25.*

§. XLIX.

Minus extremum hic non semper est subjectum Scientiæ (disciplinæ) nec aliqua ejus species; sed quandoque etiam finis vel medium ad finem ducens; adeoque nec semper substantia. Ut in Ethicis virtus. &c. *Conf. §. 27. 28.*

Majus extremum, non necesse est ut semper realiter vel à subjecto vel à causis differat. *Conf. §. 29. seqq. in primis §. 33.*

§. L.

Medius terminus hic non semper est causa proxima, quin potius unius Conclusionis tot hic possunt esse medii termini, quot sunt rationes analyticæ seu propriæ. *Neld. p. 133. Conf. §. 39. 40.*

In primis verè hic dominatur causa finalis. *Conf. §. 45.* Cùm enim in Theoreticis mens acquiescat in perfectã conclusionis scientiã ac demonstrati accidentis definitione: In Practicis, omnis, utut certissima conclusionis scientia dirigitur ad actionem vel etiam effectum. *Id. p. 133.*

§. LI.

Expositis jam, quæ de Scientiã τῆς διόλης dicere habuimus: proximum nunc est, ut de seqviori τῆς ὁλης Scientiã pauca subjungamus. Dicitur hæc quoque à posteriori: Et duas agnoscit species, quarum una quidem est per causam (non proximam ut supra sed) remotam; altera per effectus. Et hæc quidem posterior in suo genere longè perfectior est & utilior eã quæ fit per causam remotam. *Nel. p. 235. seqq. Scheibler. Syllog. t. 15. num. 99. seqq.*

§. LII.

Facit in primis hæc demonstratio ad probandas quadantenus rerum causas ac prima principia. Sic DEum esse, per effectus natu-

C

rales

riles cognoverunt *Philosophi*: ut & *Apostolus* testatur. *Rom. 1.* vid. *Neld. l. c.*

§. LIII.

De Scientiâ hætenus dicta sufficiant: Pergimus ad FIDEM, quæ cum sit duplex, divina & humana, de utraq; rursus distinctè. Quemadmodum autem scientiam, quatenus conclusionem aliquam cognoscit, consideravimus hætenus: Sic & h. l. præsupponimus, nos locuturos de fide divinâ, quatenus Conclusionibus S. Scripturæ assentitur ob testimonium DEI dicentis. Unde excluduntur aliæ vocis fidei acceptiones; quarum non paucas recensuit *Franc. Sylvius in 2. 2. q. 1.* quas nos huc transcribere superfedebimus.

§. LIV.

Fidei igitur divinæ tres sunt partes *Notitia, Assensus, &* siquidem salvifica esse debeat, *Fiducia.* vid. *B. Hülsem. Breviar. c. 11. Th. 5. p. m. 148.* quam partem ultimam dum tollunt Pontificii, solam relinquunt fidem Historicam, qualem & in diabolis inveniri *Jacobus Apostolus* testatur.

§. LV.

Ad *notitiam* pertinent quæ supra de cognitione vocum differuimus §. 3. seqq. Per *notitiam* enim hic intelligi veri sensûs cognitionem, ac ludi in vocabulis, si ea quoq; aliquando dicatur assensus, colligi poterit ex *B. Hülsem. de Aux. Gr. p. 194. It. Suppl. Brev. c. 1. Th. 10. p. 8.* Omnium autem & in quæstionibus fidei prærequiritur, ut intelligam, quis sis genuinus ac literalis verborum sensus, qui non nisi unicus est (ut dictum supra §. 7. seqq.) *is nempe quem Spiritus S. intendit exprimere, naturali, & pro illo tempore usuali significatu verborum* ut inquit *B. Hülsem. Brev. c. 1. Th. 9.*

§. LVI.

Atq; ea *notitia* explicita sit, necesse est. vid. *B. Hülsem. Brev. c. 11. th. 5, p. 148.* Quæ enim amentia foret, credere, nec scire quid credas, licet quàm maximè alium id scire putes? Quod notandum est contra Pontificos. vid. *Sylv. in 22. Qu. 2. Art. 5. seqq.* Nota est historia de fide Carbonariâ, quam legat, qui volet ap. *B. Luth. Tom. 6. Jen. Germ. f. 107. Altenb. Tom. 6. p. 114. ad An. 1533.*

§. LVII.

Quomodo autem certus esse possim me apprehendisse verum sensum

sensum alicujus dicti Biblici, vel, Interpretationem meam cōformem esse menti primi Revelantis; quoad rationem quidem ultimam extrinsecam ex principio humano, explicatum est §. 10. Nunc rationem ultimam intrinsecam (quæ hujus loci propria est) quod attinet; est ea, *convictio intellectus & assensus mei per Spiritum S. qui confirmat me intus, quod fides humana orta ex sensu congruentis rei cum naturali & usuali sensu verborum, non sit falsa. Hülsem. Suppl. c. 1. Tb. 7. seqq.*

§. LVIII.

Ad hanc verò genuini sensus notitiam non posse non pervenire hominē, modò ipsi veritas clarè & perspicuè à Spiritu S. præsentetur, velitq; Spiritus S. discussis dubitationum causis, mentem ipsius illuminare, *Arminiani* asserunt: Tunc enim partim evidentiam illam Objecti, partim divinam persuadendi vim, cogere intellectum hominis, ut sensum à Spiritu S. intentum *irrestibiler* percipiat. Vid. *Hülsem. Brev. c. 1. tb. 7. p. 3. in primis verò de A. G. p. 195. seqq.*

§. LIX.

Solidissimè verò eos refutat B. *Hülsem. de A. G. p. 203. seqq. ad p. 209. & demonstrat, quòd, quamvis verba Scripturae, tam clara sint, ut suâ naturâ quidem verum sensum cuiusvis communicent: nemo tamen introspeciat in rerum tam abditarum claritatem; nisi cui (1.) Spiritus DOMINI velum levaverit 2. Cor. 3. 14, 18. (2.) Positâ etiam levatione veli ex parte Spiritus S. [imò (3.) positâ etiam vi & efficacia persuadentis seu docentis p. 229.] neq; sic tamen perceptionem veri sensus imprimi irresistibiliter. (Eadem recurrent intra de assensu §. 67. 70. Ubi quoq; apparebit quorsum hæc hypothesis faciat.)*

§. LX.

Istud etiam quod proponitur, revera Verbum DEI esse, prænovisse necessum est. Huc pertinent causæ quæ Bibliorum *Geom. & Asia* faciunt partim probabilem, ut, Majestas, Antiquitas, &c. partim credenti infallibilem; sc. vis intrinseca persuadendi & accedens testimonium internum Spiritus S. Vid. B. *Hülsem. Brev. c. 1. tb. 5. p. 3.*

§. LXI.

Sic igitur constitutâ Conclusionē quavis Biblicâ; porrò nunc inquirendum, quis sit medius terminus, ob quem veritati propositæ assentiri queam fide divinâ. Is verò est Sola atq; unica DEI dicentis ac revelantis autoritas & veracitas. In hanc resolvi fidem, melior



W
11

Scholasticorum pars nobiscum sentit; *Thomas, Scotus, &c.* vid. citatos ap. *B. Hülfem. de A. G. p. 216. Adde Fr. Sylv. in 2.2. q. 1. Art. 1. (p. 5) & Smising. Dissp. Theol. Tract. proæm. n. 33. seqq.* Ubi omnium primum principium facit: Omne revelatum à DEO verum est, magis tamen subtiliter quam utiliter id distinguit à veracitate DEI; Et istā quidem propositionem à veracitate DEI in Metaphysicā, non autē in Teologiā dependere; quin potius in Teologiā ipsā quoque veracitatē & omniscientiā ad testimoniū DEI reduci, asserit. *vid. & no. 60. seq.*

§. LXII.

Illud verò fidei principium; DEI puta veracitatem, cum in dubium vocant nonnulli; tum verò eidem aliud quid assuunt substituuntve hodiè, benè multi.

§. LXIII.

In dubium planè trahunt speculativè - Athei, si modò tales dantur: *Ad quam tamen extremitatem sensus reprobi, posse deduci hominem, si Deus permiserit, nullā ratione solidā negari posse videtur* inquit *B. Hülfem. de A. G. 216.* Huc pertinent aliquo modo quæ diximus supra de his qui de comunissimis principiis dubitant. §. 14. seq.

§. LXIV.

Ad eorum quoque classē qui veracitatem Dei in dubium vocant referendi sunt; *Priscillianus*, qui statuit Deum posse mentiri, saltem per alios, & de facto esse mentitum per quosdam, Patriarchas, Prophetas, Apostolos; ut refert *August. heresi 70. & lib. contra mendacium c. 2. Calvinus l. 1. Instit. c. 18. Sect. 1. Quicquid, inquit, agitent homines, vel Satan ipse, Deus tamen clavum tenet; vult Deus perfidum Regem Achab decipi, operam suam offert diabolus ad eam rem, mittitur cum certo mandato, ut sit Spiritus mendax. &c.* *Canus* non audet hæreticum dicere eum qui assereret Deum posse mentiri per alium, quemadmodum hæreticum censet asserentem Deum posse mentiri per se ipsum. *l. 2. Loc. Theol. c. 3. Scholastici quidam sentiunt quidem Deum nunquam esse mentitum, nec posse mentiri de potentiā ordinatā, benè tamen de potentiā absolutā. Vide citatos ap. Smising. Tract. 3. Dissp. 4. num. 101. Horrenda est quorundam Scholasticorum (quæ etiam Aliaco q. 12. Art. 1. l. 1. apud Voëtium Tom. 2. Jelect. f. 1537. arrisit) vox: Deum posse decipere homines & Prophetis suis revelare falsum. A quā blasphemiam non sunt alieni quotquot Calvinistarum*

nistarum docent, reprobos teneri credere huic mendacio Christum pro se esse mortuum. vid. omnino acta Synodi Dordracenæ Remonstrantium ad Art. 2. ubi à f. 327. ad 346. ostendunt; Calvinistas negare hanc propositionem: Quod tenentur credere homines, id verum est &c. inquit Excell. Scherzerus, Hospes meus jugi observantiæ cultu prosequendus in Prælect. ad Hoseam Proleg. §. 10. Conf. Bernald. de Quiros. Tract. 1. Diss. 4. Sect. 1. In primis Franc. Sylv. in 2. 2. qv. Art. 3. p. 8. seqq. Apud quos etiam pleræq; Objectiones solvuntur.

§. LXV.

Solitarium verò id principium esse negant ex Papistis nonnulli, in odium tamen hæreticorum, uti ajunt, magis quam seridò; qui fidem resolvunt in veracitatem DEI, tanquam principium primum, & veracitatem Ecclesie proponunt, tanquam principium proximum ut Canus LL. l. 12. C. 4. Tannerus in 2. 2. Diss. 1. q. 5. dub. 5. Ægid. Coning. disp. 9. de Actis supernat. dub. 5. Concl. 3. Becanus Man. l. 1. c. 3. & Gnathones alii. (Hülsem. de A. G. p. 217. vid. quæ sequuntur.) Conf. Sylvium l. c. Qu. 1. Art. 1. Queritur II.

§. LXVI.

Aliud verò fidei Principium substituunt ii, qui veracitate Dei insuper habitâ, idolum rationis sibi pro normâ statuunt. Tales fuerunt olim Manichæi, qui fidem nostram humanæ rationi inniti, & nihil esse credendum, nisi quod humanâ ratione intelligitur, docuerunt, ut refert August. de util. credendi c. 1. De Petro Abailardo idem refert Bernbardus ad Innoc. Ep. 190. cit. Smising. Proæm. qv. 3. num. 90.

§. LXVII.

His autè an per omnia similes sint Remonstrantes seu Arminiani, haud facilè dixeris. Ii namque conformitatem quidem cum intellectu ac ratione humanâ, non minus ac illi, habent pro Motivo assensûs: ne tamen principium supernaturale excludere videantur; intellectum ajunt illuminari irresistibiliter, tum à perspicuitate objecti, tum à gratiâ proponente hoc objectum. vid. B. Hülsem. ubi supra §. 58. & infra §. 70. Considera vero an cum his aliquid convenientiæ habeat sententia Henrici infra citanda §. 93.

§. LXVIII.

Neo-Photiniani seu Sociniani, Arminianorum germani fratres natu tamen majores; nihil esse credendum, nisi quod rationi conforme sit, similiter asserunt. Vid. ap. B. Meisnerum mox citandum.

§. LXIX.

De *Reformatis* idoli hujus cultoribus, videatur *B. Meisnerus* in *der ersten Probe der Calvinischen Religion* *to* *cap. 2. à* *f. 298. ad* *468.* ubi id, tum propriis eorum verbis, tum hypothefibus, tum exemplis demonstrat, & solus hanc materiam planissimè exhaurit. Quamvis verò aliqui verbis id deprecentur; in praxi tamen, ad unum omnes, Ratione, tantum non unice, nituntur, factisq; adeò protestatio contrariatur. Secundariam ad minimum normam esse rationem, vix ulli negant: *Vide Vedelium de Necessitate Principiorum rationis in argumentis Theologicis; in primis p. 51. It. Robertum Baronium de Philosophiâ Theologia ancillante.* Sed quàm fastuosa sit hæc ancilla evicit *Dn. D. Seldius in Diss. de Θεωρητολογία.*

Utinam verò ne ex nostratibus essent qui iisdem jungi mererètur.

§. LXX.

Quàm vero fini pro Helene istâ tantopere pugnent *Arminiani*, (fortè etiam ii, quos ianuimus, cæteri) prudentissimè advertit *B. Hülfem. de A. G. p. 217.* *Haud obscure enim (inquit) videntur ideò asserere notitiam & assensum fidei salvificæ ab evidentia objecti credendi determinari, ut (1.) credenda ad eam paucitatem restringant qua omnium sectarum communia dogmata sunt. (2.) ut paucitatem suam, Syncretismo cum omnibus aliis sectis, talem evidentiam poscentibus, quam ipsi fateantur esse evidentem, instaurent & locupletent.* vide id ex ipsorummet testimoniis probatum l. c.

§. LXXI.

Sed objicies: Nec ipsos Philosophos, Theologosq; Lutheranos ità pro solitariò fidei principiò venditare Dei veracitatem; quin ipsi subinde aliud quid associant. Sic *Neld. Prat. p. 727. Ad veritatem DEI in verbo, accedit quoq; omnipotentia. DEI enim dicere est facere &c.* Et paulo post *Hos duos fontes certitudinis Servator etiam in confutatione Saducaorum respexit: Erratis, nescientes Scripturas & potentiam DEI.* Resp. Oppidò alia ratio est hujus exempli. Cum enim, ut dictum supra, non distinguantur realiter divina attributa; hinc nihil ex potentiâ veracitati accedit, quod sit ἀλλότριον vel ἀπεροδιόνυσον. Et spectat huc etiam, quod Patres subinde ad ostendenda fidei mysteria, afferant rationes; non ut illæ faciant evidentiam, sed congruam solum ostendant Mysteriorum probabilitatem. *vide omnino Smising. Dissp. Theol. Tom. 2. Diss. 3. Qu. 2. num. 84. 98.*

§. LXXII.

§. LXXII.

Cæterum, quanta ea sit certitudo, quæ tam firmo ac fallere-noscio principio; Dei O. M. veracitati innititur, liquidò apparet. Ac fanè, Prophetæ id suo exemplo abundè declarant, quos sola DEI dicentis autoritas tantopere movere valuit, ut vel iis, quæ maximè absurda rationi humanæ videri possent, certissimè assentirentur: vid. de Prophetica certitudine, ex factò Abrahami, filium mactaturi Thom. 2. 2. q. 171. Art. 5. & R. Abarbenel ex More Nevochim Rambani c. 23. part. 3. Citante Dn. Frischmutho de Ligat. Isaci Disp. 2. §. 2.

§. LXXIII.

Sed antequam de Fide divinâ tractationem finiam, de Habitu Theologico quædam, omninò huc facientia, adjicienda erunt. Dixi §. 53. Conclusionibus S. Scripturæ. Quo ipso excluditur HABITUS THEOLOGICÆ seu Scientia Theologica quæ his ipsis Propositionibus S. Scripturæ non utitur ut Conclusionibus fide approbandis; Sed ut Præmissis, & harum quidem nunc alterutrâ nunc utrâq; (hic verò quàm sæpissimè exorbitant Reformati, Propositionibus fidei, nullum inter præmissas locum concedentes vid. Vedel. ubi supra §. 69.) per quas aliæ Propositiones probari debent. Quo respectu Scholasticis Fides dicitur Habitus infusus Principiorum Theologiæ. Vide citatos ap. Smising. Disp. Theol. Proem. Qu. 1. num. 12.

§. LXXIV.

Ejusmodi verò Conclusiones Theologicæ quæ tales, i. e. quatenus ex præmissis inferuntur, non sunt de fide: quamvis eæ ipsæ Conclusiones de fide esse possint, quatenus vel immediatè alibi revelatæ sunt, vel in Propositionibus immediatè revelatis inclusæ, creduntur, non præmissis discursu Syllogistico. Sic in hoc discursu: *Omne Suppositum habens duplicem naturam intellectualem habet duas voluntates. At suppositum CHRISTI habet duplicem naturam intellectualem. E. suppositum Christi habet duas voluntates. Si hoc, quod est habere duas voluntates, & hoc, quod est habere duplicem naturam intellectualem, quis apprehendat per modum unius connexi, & istud connexum tribuat Christo immediatè, quia Deus revelavit Christum habere duplicem naturam, is eadem fide, quâ credit Christum habere duplicem naturam, etiam credit ipsum habere duas voluntates; licet hæc connexio illi sit explicata per discursum prædictum. Si verò tò habere duplicem*

duplicem voluntatem concipiat, tanquam distinctum ab eo, quod est habere duplicem naturam; & propter hoc, illud Christo tribuat virtute luminis naturalis, jam assertioni de duplici voluntate in Christo assentitur solum assensu Theologico. Hæc Smising. l. c. num. 16. seqq. Confer & Bernald. de Quiros Tract. 1. Disp. 7. Quamvis hic non de omnibus Conclusionibus ex alterutrâ naturali deductis assentiatur, posse esse de fide intellectui humano. Disp. 8. Sect. 3.

§. LXXV.

Verùm talis scientia tantum abest ut fide sit certior; ut potius eâ sit imperfectior, nemoq; Theologorum tam certum præbeat assensum Conclusionibus Theologicis ut sic, ac præbet veritatibus fidei. Smising. l. c. no. 17. it. 102. Semper enim certior est Cognitio Principiorum, quàm illorum, quæ ex principiis deducuntur. Adeoq; assensus Theologicus medium quid est inter assensum Scientiæ (naturalis) & fidei divinæ. Nam cum scientiâ habet similitudinem in certitudine, differt verò ab eâ in sublimitate: cum fide divinâ, convenit in motivò & sublimitate, differt ab ea in certitudine. Id. no. 168. Et ad hanc quoq; scientiam Theologicam, non ad alteram illam strictissimam pertinent illa verba Augustini Conc. 18. Ps. 118. *Alia sunt quæ nisi intelligentur non credimus, & alia sunt quæ nisi credamus, non intelligimus*, ut non obscure innuit Sylv. in 2.2. q. 1. Art. 5. ad sextum. Et hac ratione si explicarentur verba Bellarm. 1. de Justif. c. 7. *Fidem non esse intelligentiam sed viam & gradum ad intelligendum*; possemus sanè id pati: Ut ut non sequatur ex corruptâ τὸν LXX. Versione Es. 7. 9.

§. LXXVI.

Quæ tamen cum grano salis accipienda: Ne de certitudine salutis nostræ scrupulus nobis injiciatur; cum eandem hoc ratiocinio nobis vendicam. Omnes credentes salvantur. Ego credo. E. Ego salvo. Id quod quidè intendit Bellarm. lib. 3. c. 8. ubi sic discurret: *Non potest aliquid esse certum certitudine divinâ seu fidei, nisi illud aut immediatè contineatur in verbo DEI aut per evidentè consequentiâ ex eodè verbo DEI deducatur; sed in verbo Dei immediatè non continetur enunciatio de singulis justificatis* (vel Minor propositio:) deindè, non etiam per bonâ consequentiâ ex DEI verbo deduci differit; Sed obscure & perplexè, &c. Vide B. Henr. Höpffnerum de Justif Disp. 6. c. 2. Qui potissimum alteram membrum negat, de bonâ sc. consequentiâ. Neq; id simpli-

simpliciter concedendum statuit, Minorem tantum certam esse humanam certitudine, &c. Sed & ipsa saluberrima illa limitatio *Smisingii*; Ut sic §. 75. responsionem nobis sponte suppeditat.

§. LXXVII.

Verum enim verò plura hoc loco de fide divinam non addimus. De FIDE porrò HUMANA vix est ut verba faciam, cum præsertim eam totam sequens locus de opinione sibi vendicet. Quandoquidem enim nititur testimonio humano; quam infirmo tibicine nitatur, satis apparet. Omnem hominem mendacem esse, i. e. infallibilitatem polliceri nec sibi, nec aliis, posse, tum S. Codex loquitur, tum experientia testatur; sed & nemo diffitebitur. Esse tamen, quibus saltem minori cum periculo, quam aliis, credere possis; non negandum est. An verò Papa, suam, quam tantopere jactat, infallibilitatem satis tutari possit, de hoc ipse viderit. De eo tamen certissimum sumus: *Causas Ministeriales quibus DEUS in revelando verbo suo S. usus est, fuisse extra omne erroris periculum, extra omnem doli, simulationis & oblivionis præsumptionem B. Hülfem. Brev. c. 1. Th. 2. imò de horum veritate peccatum est, inter Christianos moveri controversiam. Suppl. Th. 4. vid. §. 64.* Id quoque certum est, Hominibus multis ac veracibus, eandem rem, sine præsumptione collusionis asserentibus, fidem satis tuto haberi posse. Sic certus esse possum, dari urbem, quæ dicatur Roma, ut ut eam ipse non conspexerim. Atque hæc certitudo dicitur *Moralis, vid. ex Arriagâ ap. Excell. Schertzer. Manualis p. 36.* ac talem fidem evidentem vocant *Conimbricenses in 1. Poster. c. 26. Qv. 1. Art. 2. Augustinus verò scientiam ap. Conimbric. l. c. Art. 3.*

Discipulum oportet credere, inquit *Aristoteles, Soph. l. 1. c. 2.* Et nota est illa vox discipulorum *Pythagoræ; αὐτὸς ἔφα.* Huc quoque referendum est tritum illud *Augustini, de se nondum converso: Evangelio non crederem (credidissem,) nisi me Ecclesia moveret (movisset) autoritas, &c.*

§. LXXVIII.

Ad OPINIONEM nunc pedem promovemus. Sed non minus illa, quam scientia, variis modis accipitur. *Neld. Prat. p. 261.* iterum eam ita distingvit, ut dicatur, 1. κοινῶς seu maximè improprie pro *quavis ἐπιλήψει* seu cognitione tam firmam quam infirmam, sive rei necessariae sive contingentis. 2. ἰδίως proprie aut certe minus improprie,

D

pro

pro infirmâ & cum aliquâ animi heſione conjunctâ notitiâ rei ſeu enun-
ciationis neceſſaria. Fieri enim poteſt ut res aliqua ſit ſuapte naturâ ne-
ceſſaria, non tamen ut neceſſaria ab animo cognoſcatur. 3. ἰδιαιτὰ ἢ
deniq; maximè propriè pro tenui & infirma rei ſeu enunciationis con-
tingentis notitiâ.

§. LXXIX.

Miſſâ iterum acceptione primâ poſteriores duas breviter con-
derabimus; Ac de Objecto quidem opinionis, vel Concluſionibus
ſi er opinionem cognoſcendis, vix eſt, ut ſimus ſoliciti; cum *nil ſit,*
Prood quis ſcire poſſit, de quo opinio etiam eſſe non queat, dicente *Phi-*
loſopho l. 1. Poſt. c. penult. Propriiſimè tamen ſic dictæ opinionis ob-
lecta ſunt, tantum contingentia, uti opponuntur neceſſario §. 26.
Res neceſſariæ etiam ſicubi ſiant. objectum Opinionis, ab intellectu
tamen ut contingentes conſiderantur *Vid. §. præced.*

§. LXXX.

De Principiis potiùs ex quibus naſcitur opinio, paucis nunc
erit diſquirendum. *Conimbricenſes l. c. qu. 1. Art. 1.* opinionem ſtri-
ctè ſumtam definiunt, quod ſit *habitus inclinans ad aſſentiendum ali-*
cui rei, vel ex terminis, vel ob rationem probabilem, cum formidine
partis oppoſitæ. *Scheiblerus verò de Syllog. c. 16. n. 21.* duobus his fonti-
bus opinionis, ut inſufficientibus, ſi ſumatur opinio prout adæquatè
conſtituit effectû Syllogiſmi Dialectici, tertio locò addit testimoni-
um humanum. At nos unico verbo rem abſolvi poſſe putamus; ſi
dicamus principia ex quibus opinio naſcitur, eſſe argumenta quævis
communia, non οἰκεία ſeu domeſtica.

§. LXXXI.

Talia verò communia argumenta ſunt quæ Probabilia, Græcè
Ἐνδοξά dicuntur & definiuntur ab *Ariſtotele, l. 1. Top. c. 1. Ἐνδο-*
κῆντα πᾶσιν ἢ τοῖς πλείοις, ἢ τοῖς σοφοῖς, καὶ τῶν ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς
γωρῆμοις. Ad duo autem genera referri poſſunt omnia probabi-
lia. Unum eorum ducitur à judiciis opinionibus, ſententiis, ac va-
riis pronunciatis hominum, aut omnium, aut plurimorum, aut ſapi-
entum, peritiſſimorumq; cujuſq; diſciplinæ artificum. Ad hoc ge-
nus referuntur ab Ariſtotele omnia ea, quæ cū Probabilibus ſimilitu-
dinem aliquam habent; ſicut & ea quæ prorsus ἀδόξοις i. e. nemini
probabilibus averſantur, ut, *Probabile eſt omnes Parentes amare li-*
beros.

beros. Alterum ducitur à secundis notionibus quæ rebus causâ nostri intellectus accidunt. Huc pertinent Loci, qui Aristoteli non sunt sedes argumentorum, aut secundæ illæ notiones, quomodo vox ea Ciceroni in Topicis sumitur: Sed ipsa argumenta, quos Canones vel maximas dicunt, *vid. Neldel. Prat. p. 264. seqq. It. Synops. p. 6. seqq.*

§. LXXXII.

SUSPICIO restat: sed ea ab Opinione essentialiter non distinguitur: Indicium enim suspicandi pariter ac in opinione: vel est alicujus dictum, vel aliquod probabile signum argumentumve illius quod suspicamur. Solùm ergo differunt secundum magis & minus. *Si enim judicium est efficax & à multis approbatum, cognitio ex eò habita dicitur Opinio, si autem indicium est minus efficax, aut privatum, cujusmodi esse solent indicia humanarum actionum, de quibus sumus suspiciosi, vocatur suspicio, inquit Conimbric. in c. 26. l. 1. Post. Qu. 1. Art. 2.*

§. LXXXIII.

Perlustratis nunc igitur breviter iis cognitionum speciebus, de quibus loqui decreveramus: haud difficile erit vel convenientias vel differentias singularum annotare. Triplicem hanc finem comparationem instituunt *Conimbricenses l. cit.* & primò Habitûs evidentes inter se, deinde Habitûs inevidentes similiter inter se, deinde evidentes cum inevidentibus conferunt. Verùm cum & suspicio & fides humana commodissimè, ut ex dictis patet, ad opinionem referri possint; (utut de fide dubitent *Conimbricenses*) facillimè item perspicere queat, quid discriminis sit inter Scientiam, Intellectum & Sapientiam: Hinc compendium dicendorum facere poterimus; si misis istis, eam quæ restat, comparationem habituum evidentium cum inevidentibus paucis nunc exequamur.

§. LXXXIV.

Memores autem, nos supra, tanquam normam, ad quam reliquas examinaremus, proposuisse nobis præcipuas illas cognitionis species, Scientiam & Opinionem §. 16. ne nunc quidem consiliû mutabimus; sed postquam earum inter se discrimen, maximam partem jam in præcedentibus annotatum, paucis repetierimus; fides divina, habitusq; Theologicus utri propius accedât, considerabim9.

§. LXXXV.

Quando verò Opinioni opponimus Scientiam, non distingui-
mus eam in propriissimè sic dictam, quæ obtinet in Theoreticis, &
alteram, quæ in Practicis potissimùm. Quamvis enim ea, si inter
se comparentur, in nonnullis dissideant (vid. §. 24. seqq.) in oppo-
sitione tamen ad opinionem, ob maximam affinitatem meritò con-
junguntur. vid. *Neldel. Prat. p. 121.*

§. LXXXVI.

Duo discrimina, quibus Scientia separetur ab Opinione, con-
stituit *Neldel. p. 257. seqq.* Unum ducitur ab objectis. Scientia nam-
que versatur circa res necessarias & universales; ad eamq; compa-
randam requiruntur propositiones necessariae ac propriae. At Opinio
versatur non tantùm circa res universales, sed etiam particulares,
propriissimèq; circa res contingentes ac mutabiles, ad eamq; ac-
quirendam satis esse possunt propositiones non necessariae, contin-
gentes, probabiles, communes. Alterum discrimen ducitur à modo
cognoscendi; & hoc perpetuum est. Nam scientia est firma & con-
iuncta cum animi certitudine cognitio. *dei*, inquit *Philosophus l. 1.*
Post. 2. τὸν ἴπιστάμενον ἀπὸ λῶς ἀμετάπτωτον εἶναι, i. e. oportet eum
qui simpliciter ac perfectè scit immutabilem esse, & ejusmodi qui er-
rare ac labi non possit circa eam rem, cujus scientiam adeptus est.
Ratio est, quia scientis mens cognitam habet *τὴν αἰτίαν δι' ἣν τὸ πρῶ-
τον ἴσθι, ὅτι ἐκείνη αἰτία ἴσθι καὶ μὴ ἐνδέχεται ἄλλως εἶναι*, i. e. il-
lam causam propter quam res est, quod illius causa sit, & quod non
possit ea res se aliter habere. At contra Opinio est cognitio infirma
tenuis & cum aliquâ dubitatione & incertitudine conjuncta.

§. LXXXVII.

Easdem differentias depinxit quoq; *Plato in Menone*, suo ta-
men more oratoriò magis quàm Philosophicò, dum comparat opi-
nionem quidem cum statuis Dædali in aëre volitantibus ac fugaci-
bus, Scientiam autem cum iisdem arctè ligatis. Scientiam existi-
mat esse Idearum seu formarum ab omni materiæ sub sensum ca-
dentis concretione sejunctarum: Opinione verò forma-
rum cum materiâ sensibili communicantium. *vid. Neld. Prat. p.*
257. It. p. 42. Cæterùm quomodo scientiis fundamenti loco sub-
straverint, Aristoteles quidem mundum sensibilem, Plato verò Mun-
dum

dum intelligibilem, æternum: Et quomodo hic νοητὴ seu intelligi-
bilia tantopere extulerit, ut ea sola ὀντως παντελῶς εἰλικρινῶς ὀντὴ
nuncupaverit: de eo videantur omni laude majora inletemata
Celeberr: Thomasi Schediasma Historicum; & in Stablii. Disp. 1. Reg. 6
§. LXXXVIII.

Sed ut melius intelligatur quod diximus: Scientiam esse con-
iunctam cum animi certitudine; Opinionem verò contrà esse incer-
tam: Operæ pretium erit de certitudine ejusq; opposito incertitudi-
ne seu formidine nonnulla annotare: Quâ in re rursus nobis præ-
iêre *Conimbric. l. c. Art. 3.* Advertendum igitur est Certitudinem
esse triplicem, *Objecti, cognitionis & cognoscentis.* Prima reperitur
in re, quam scimus, & non differt ab ejus necessitate. Certitudo co-
gnitionis est quæ per se est infallibilis, & cui falsitas subesse nequit,
sive objectum sit necessarium sive contingens; oriturq; ex *medio* co-
gnitionis: Certitudo cognoscentis est firma intellectûs adhæsiō ad
rem ut veram. Ex his facilè tres oppositæ species incertitudinis,
quarum quidem duæ posteriores Formidinis etiam nomine veniunt,
colligi possunt. (*vid. Scheibl, de Syllog. Dialect. num. 23. Smising.*
Proœm. num. 120.)

§. LXXXIX.

Jam itaq; omnes has Certitudinis species in Scientiâ reperiri li-
quet. Scientiam enim. 1. esse propositionum necessariorum, dictum
§. 86. 2. Nec posse dubitari in cognitione, quippe cum nota sit cau-
sa proxima, ratiove domestica, dictum ibid. Unde 3. non poterit
non sequi firma adhæsiō intellectûs ad objectum. Nemo enim exi-
stimat se opinari, cum cognitum habet rem aliter habere non posse.
In Opinione verò an omnes oppositæ species incertitudinis inveniân-
tur, videamus. 1. Constat autem *neminem esse ex omni doctorum nu-
merò, qui non opinetur quandoq; verissimam se tueri sententiam, eiq;
mordacissime adhereat* (En certitudinem cognoscentis!) *sine ullâ for-
midine partis oppositæ; & nihilominus progressu temporis discit suæ
notitiæ falsum subfuisse, & proinde suam notitiâ non fuisse per modum
Scientiæ sed opinionis.* *Scheibl. l. c.* Et de talibus Aristoteles *Eth. l. 7.*
c. 3. dixit eos in suâ opinione, quàm alios in scientiâ constantiores
esse. 2. Objectum opinionis diximus quidem posse esse necessarium
non tamen ut necessarium, sed ut contingens §. 78. 79. Quænam igitur

tur 3. incertitudo semper adsit opinioni, inò quæ ipsum etiam ob-
jectum necessarium representet animo ut contingens: facile inde
apparet. Est nempe ea Incertitudo seu Formido ipsius cognitionis,
qua ipsa cognitio sic affecta est, ut ei falsum subesse possit; orta ex Me-
dio minus firmo, sc. probabili.

§. XC.

Cæterum an omnis certitudo Cognitionis nascatur ex eviden-
tia, quæ est claritas seu perspicuitas, quæ intellectus ita objectum perci-
pit, ac si videret: (ex Thomâ qv. 14. de verit. Art. 9. &c.) de hoc vi-
deantur Conimbricenses l. c. Pertinet quoq; huc certitudinis Ety-
mon, quod est à Cernere quia est firmitas, quæ potentia cognoscen-
di, perinde adhæret rei, ac si illam cerneret, & oculis externis usur-
paret. Quam Etymologiam etiam affert *Andr. Vega l. 9. de Justif. c. 9.*
vid. B. Henr. Höpfner. Diss. 6. de Justif. Proæm. Th. 2. Nobis pro in-
stituti ratione sufficit, quod ipsi Conimbr. d. 1. limitent; se, cum di-
cunt certitudinem nasci ex evidentiâ, id tantum intellectum velle de
Scientiâ naturali, quoniam fides supernaturalis, absq; evidentiâ,
summam sibi vendicat certitudinem..

§. XCI.

Sed de fide divinâ, Habituq; item Theologico uberius res ex-
plananda est. Ut verò distinctius procedamus, sequentes ponimus
Conclusiones,

§. XCII.

Fides divina ac tota Theologia Viatorum, ob ine-
videntiam, Scientia propriissimè talis dici nequit. Probat
hanc propositionem *Smising. Dissp. Theol. Proæm. Qv. 3. no. 85. 90.*
vide & Conimbr. l. c.

Evidentiam requiri ad esse Scientiæ propriissimè sic dictæ, vid.
§. 90. & adde *Smising. l. c. no. 78.* Fidem verò Cognitionem inevi-
dentem esse; ipse *Apostolus* fidem facit; cum eam dicit esse *μη βλε-
πομένων. Ebr. XI. 1. vid. Scheibl. de Syllog. no. 92.* Atq; hinc elucescit
maximè differentia inter Cognitionem Viatorum, & Comprehen-
sionem in Patriâ. Illi enim per speculum in ænigmate vident, hi verò
de facie ad faciem ut innuit *D. Apostolus 1. Cor. XIII. 12.* Quo etiâ per-
tineat verba *Varini in Lexic. f. 1509. πίστις ἐστὶν ἀδήλων ἀβατάνις &
συγκατάθεσις ὡς ἔλεγχος βλεπομένου (legendum ἔβλεπ.) γνώ-
σις*

σις δὲ κατειλημμάτων (Scribe κατειλημένων ut apud Eundē f. 429.) ἡ εἰ-
 εργος συγκατάθεσις, ὡς ὀρωμένων ἔλεγχος. i.e. Fides est rerū obscura-
 rū experimento vacans assensio, utpote argumentum eorū, quæ non
 videntur. Notitia (scientia) autem rerum comprehensarum exquisita
 comprehensio, utpote argumentū eorū quæ videntur. Quam accura-
 tam scientiā in viā frustra sibi promittunt Theologi, ut vocantur, My-
 stici, Enthusiastæ ac Massaliani. Solebāt enim hi & isti gloriari se San-
 ctam Trinitatem oculis sensibilibus intueri. Lege *Schediasma Histo-
 ricum Excell. Thomasi*: ex quo tota hæc nostra commentatiuncula
 insignem lucem scenerabitur.

§. XCIII.

Thesi nostræ adversantur, ac Theologiam Viatorum Scientiam
 propriè dici asserunt *Albertus M. in Summa Tract. 1. q. 1. Capveol. qv.
 1. Prolog. Art. 1. concl. 103. & Art. 3.* Et sequuntur Thomistæ recenti-
 ores putantes esse *D. Thomæ 1. parte q. 1. Art. 2.* ubi certè multum fa-
 vet, licet quidam conentur aliter eum explicare. Atq; hi negant, ne-
 cessariò ad Scientiam requiri Evidentiam cognitionis, sed sufficere
 objectivam; ajuntq; Theologiam nostram esse evidentem per reso-
 lutionem suorum principiorum in Scientiam DEI & Beatorum. *Vid.
 Smising. l. c. no. 79. & 91. It. Conimbr. l. c.*

Alii ut *Richard. Victorinus l. 1. de Trinit. c. 2. Franciscas à Mar-
 chià, &c.* declarant Evidentiam Theologiæ nostræ; per resolutionem
 suorum principiorum in aliqua principia etiam nobis evidentia
 nempe ista duo: Quicquid DEUS revelavit est verum, & Mysteria
 quæ nobis credenda proponuntur DEUS revelavit; quorum istud
 evidens ex Metaphysicâ; hoc ex magnitudine miraculorum. *Smi-
 sing. ibid. no. 80.* Sed *idem* eos refutat no. 90. imprimis quia faveant
 errori eorum, qui dixerunt fidem nostram humanæ rationi inniti.
Vid. §. 66. & seqq.

Henricus quodlib. 12. qv. 2. & in Sum. par. 1. Art. 13. qv. 6. docet
 Theologiam esse scientiam per resolutionem in Articulos fidei, co-
 gnitos evidenter, per aliquod lumen medium inter lumen gloriæ &
 lumen fidei imperfectius quidem illò, sed istò perfectius. Explicat
 autem, *illud lumen medium supponere nihilominus fidem* (NB, NB.)
*ità, ut contendentem ad Scientiam Theologicam primùm oporteat cre-
 dere, tùm verò adhibitò adminiculò naturalium Scientiarum, & discursu
 su l. 6.*



su luminis naturalis, debeat conari ad perfectiorem terminorum, ex quibus fidei Articuli constant, penetrationem, quam illi termini à simplicibus fidelibus penetrentur, quâ dispositione posita ait illud lumen medium infundi & jam per illud terminos Credibiliū clariū intelligi, quàm à fidelibus communiter, ex terminis autem sic cognitis, j. & complexiones credibiles (conclusiones S. Scripturæ) etiam clariū intelligi, &c. Smising. l. c. no. 81. seqq.

Sed idem hanc sententiam refutat no. 9. & ostendit eam quoque accedere errori eorum, qui rationem statuunt principium fidei; siquidem, saltem de fide doctiorum in Ecclesiâ, asserat: quasi studio humanæ rationis ex terminis credibilium evidentiam habeat: Et quamvis fidei evidentiam proximè tribuat lumini supernaturali: tamen, &c. Confer hanc sententiam *Henrici cum Armin.* §. 67.

Aliorum sententias, qui evidentiam collocant in ipso lumine fidei, itemque; aliorum, qui Habitum Theologicum evidentem dicunt non evidentia principiorum seu consequentis sed consequentiæ. Vid. ap. *Eundem* num. 83. 848.

§. XCIV.

Fides ac Theologia nostra ob summam certitudinem cognitionis, non est fides humana aut opinio. De certitudine fidei diximus quædam supra §. 72. Eamque; nec scholastici Doctores negant. Præter innumeros alios, vide à nobis citatos *Conimbricenses & Smising.* passim. *It. Bernaldum de Quiros Tract. 1. Diss. 4. & Franc. Sylvium in 2. 2. qu. 1. Art. 3. utrum fidei possit subesse falsum.* At de essentiâ opinionis esse ut sit incerta, supra declaravimus. Sequitur igitur Fidem nostram non esse opinionem: vide *Thesin nostram ulterius probatam ap. Smising.* num. 100. ac refutantur Nominales & Vasquez, qui eam fidem tantum humanam esse asserunt.

§. XCV.

Fides ac Theologia Viatorum quamvis non habeat omnem rationem scientiæ exactissimæ, plus tamen participat de ratione Scientiæ, quam de ratione fidei humanæ, aut opinionis; imò ipsa Scientiâ certior est. Rursus hanc conclusionem probat *Smising.* num. 101. Per eam imprimis rationem, quod primaria conditio scientiæ ab *Aristotele* descriptæ, prout eam contra opinionem distinguit, sit certitudo, (vid. §. 86.) cum Evidentiâ etiam aliquando in Opinione locum habeat. Ne verò quis, eò quod citatus

tatus

fatus Scotista hanc & præcedaneas conclusiones de Theologiâ explicat
putet excludi fidem: Vide argumentum à minori §. 75. *Conimbricenses* e-
tiam l. sæpe c. Art. 3. §. Porro, testantur locum *Hierem. 3. Dabo vobis Pa-*
stores in scientiâ, non modò de articulis fidei sed etiam de Theologiâ ex-
poni ab aliquibus Interpp. Ut taceamus, à multis pro uno haberi Habitum
fidei & Theologiæ; & hunc tantum illius esse explicativum seu declarativum,
ut vult *Aureolus* & *Durandus* vid. *Smising. num. 87. 88. 166. seq. It. Ber-*
nald. de Quivros. Tract. 1. Diss. 9.

§. XCVI. Sed ut dilucidius convenientiam Fidei Habitusque Theo-
logici cum scientiâ tradamus: dicimus ulterius:

Fidei divina Theologiæq; viatorum tantum non omnia applicari posse, quæ
de scientiâ illâ alterâ superius §. 46. seqq. dicta sunt. Quod ut probemus,
præcipua capita ex superioribus repetenda erunt. Præcipuè sibi ea scientia
vendicabat disciplinas Practicas vid. §. 46. At talem quoq; saltem κατ'
ἀναλογίαν esse Theologiam nostram apud nostrates in confesso est. vide
vel *dedicat. Meditat. B. Gerhardi* & nota in primis simile à Medicinâ, quo
& hac in materiâ utitur. *Scotus. vid. Smising. num. 140. & Consule Neldel.*
Prat. p. 640. Dicebatur ea scientia versari circa res contingentes seu κτητὰς
τῶ ἀνθρώπου nec non quæ ad eas ἔχειν aliquam habent. Sed id etiam sa-
no sensu Fidei Theologiæq; nostræ videtur posse applicari. Non quasi
statuamus aliquid vel minimum in spiritualibus nostrâ industriâ à nobis
parari posse. Absit, Absit! Potius cum *Neldelio* id deprecamur *Prat. p. 623.*
Spirituales res nequaquam in hominis potestate sitæ sunt & pro ipsius arbitria
comparari possunt; sed vel per generationem ex semine nobis insunt, ut labes
originis, quæ est ἰδιὸν πᾶσι, hominis naturali procreatione in lucem editi; vel
sunt θεόδοτοι. e. divinitus ex merâ gratiâ & misericordiâ obveniunt, ut ve-
ni ad Deum conversio, fides. &c. Unde & Theologiam verè & propriè
loquendo omnium disciplinarum, etiam Practicarum, circulo eximimus.
vid. §. p. 644. Sed hoc tantum modò dicimus; per analogiam quandam
nos hic per res κτητὰς ἡμῶν intelligere, quæ quocunq; modo nobis applicā-
da sint. Unde sicut in Practicis ante omnia de fine cogitandum: vid. §. 50.
Sic etiam hîc de fine potissimum sollicita est fides; *Justitiâ nempe coram*
DEO quam seu Justificationem hominis peccatoris: sive remissionem peccato-
rum, sive adoptionem in filios Dei, sive hereditatem vitæ æternæ sive salutem,
sive quocunque alio nomine voces, modò rem ipsam intelligas, nihil ad no-
strum institutum magnopere interest. Subjectum quoq; cui finis ille appli-
candus, considerandum: Est autem h. l. Homo peccator, Demum media ad
finem

E.



finem ducunt, sive longius eum sive propius attingant, vel, quocumque modo $\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon$ aliquam ad eum habeant, perpendenda. Verbo: Omnia ad finem obtinendum collineare debent. Et hoc est quod §. 54. essentialem fidei salvificæ partem fecimus, fiduciam. Ea enim semper in omnibus credendis finem, salutem nempe obtinendam, respicit. *Vide Neldel. Prat. p. 641. seqq.*

In hoc vero etiam præcipue Fides & Theologia nostra cum reliquis scientiis convenit, quod non nisi ex vernaculis $\lambda\eta\mu\mu\alpha\sigma\iota$ rectè comparetur. Quæ vero sint $\omicron\iota\kappa\epsilon\iota\alpha$ fidei nostræ $\lambda\eta\mu\mu\alpha\sigma\iota$ ex supra dictis patet. §. 61. seqq. Unicè sc. hic valet DEI dicentis Autoritas. Cætera omnia $\epsilon\delta\epsilon\upsilon\ \omega\epsilon\theta\omicron\varsigma\ \epsilon\omega\ \Theta$. Exulat hic ratio: Et $\alpha\pi\alpha\iota\delta\omicron\sigma\iota\alpha\varsigma$ ac $\mu\epsilon\tau\alpha\beta\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ eis $\alpha\lambda\lambda\omicron\ \gamma\epsilon\upsilon\ \Theta$ meritò postulantur, qui eam hic pro principio venditant. Inductione exemplorum clarissime demonstrat *laudatissimus Neldelius* quantopere ratio adversetur fidei: ac discursum his verbis claudit p. 632. *Atq; ita re- Etè quoq; explicari poterit verissima sententiâ Lutheri de duplici verò, Theologico & Philosophico; quia hoc est planè diversi generis ab illo, nec ferri poterit Scholasticorum opinio, quam Thomas mordicus tuetur in summâ fidei contra gentiles l. 1. c. 7. cujus Tit. Quod veritati Christianæ non contrariatur veritas rationis.*

Cum grano tamen salis id accipiendum est, ne, contra prima principia, statuamus duo contradictoria simul esse vera. Verum quidem est contradictoria esse v. gr. N. Virgo parit & Q. Virgo parit. At istam propositionem si absolute veram esse asseret merus Philosophus, fallitur: Si vero eandem secundum quid veram esse affirmabit; verum utiq; dicet; contradictio tamen esse desinet. *vid. B. Meisner ubi supra §. 69.* Verum enim verò, temperare mihi non possum, quin finiam hunc discursum verbis modò citati *sanissimi Philolopi Neldelii p. 695.* ubi, quantum in Theologiâ errorum mater sit $\alpha\pi\alpha\iota\delta\omicron\sigma\iota\alpha$ illa, ostendit.

Si namq; inquit, totum ferè $\sigma\mu\eta\nu\ \Theta$ Pontificiorum, quos Scholasticos vulgò vocant, non confudisset Philosophiam cum Theologiâ, & principia, quæ Philosophia sibi jure proprietatis vindicat, transtulisset di' $\alpha\pi\alpha\iota\delta\omicron\sigma\iota\alpha$, ad probanda spiritualia; si item DIPNOSOPHISTÆ unquam fuissent observantes analyticæ doctrinæ, & relictis Philosophiæ principiis, spiritualibus theorematis spiritualia principia rectè accommodassent: minùs fuisset in hunc usq; diem detestabilium errorum, & Ecclesiæ exitialium imisq; dolendarum viscerib; $\sigma\upsilon\pi\acute{\rho}\alpha\zeta\epsilon\omega\nu$, minusq; obscurata fuisset propter hujusmodi $\alpha\pi\alpha\iota\delta\omicron\sigma\iota\alpha$ gloria Dei & pretiosissimum CHRISTI meritum; ut omnes Orthodoxi uno ore testantur & seriò conquærantur. Hac ille $\lambda\epsilon\iota\sigma\omicron\tau\epsilon\lambda\iota\kappa\omega\ \Theta$ aliàs Philosophus. Planè his gemina vid. p. 705. & 727. §. XCVII.

§. XCVII. Demum *Theologia nostra analogicè Sapiaentia, ac Fides Intellectus dici poterit vid. Smising. num. 102, seqq.* Et facilis erit, ex iis quæ dicta sunt supra §. II. seqq. §. 17. argumentatio. Nobis enim his diutius immorari, nec libet, nec licet.

§. XCVIII. Atque sic explicatas quoque; dedimus tum differentias tum convenientias quas ad invicem habent enumeratæ cognitionum species. Definitiones porro singularum inde extruere, quàm erit facile? Cum præsertim, quia pleræque; sunt ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, eo ipso jam definitæ sint, dum varia earum significatio evoluta. Nos itaque; eò labore superfedebimus, ac nunc potius, quod superest, confectarii loco strictim perpendemus, quænam ex his cognitionum speciebus simul consistere possint.

§. XCIX. Ne autem à scopo aberremus: Statum quæstionis ita prescribimus formamus. *An & qui actus diversarum cognitionem in eodem subjecto de eadem Propositione, eodem tempore simul consistere possint.*

§. C. Jam igitur dicimus, Actum cognitionis certæ cum actu cognitionis incertæ seu formidolosæ: Item: Actum cognitionis evidentis cum actu cognitionis inevidentis consistere non posse. Fieri enim non potest, ut idem intellectus certò cognoscat rem aliter esse non posse, & dubitet an possit aliter habere, ut ait, *Aristoteles. vid. Conimbr. in 1. Post. c. 26. Qv. 2. Art. 2.*

§. CI. Itaque; *Actus Scientiæ non consistit cum actu Opinioni ob hujus incertitudinem. vid. Arist. l. c. Conf. Sylv. in 2. 2. q. 1. Art. 5. ad 3. & 4.*

Quod si autem in Intellectu cognoscente incertitudo illa dematur opinioni: non implicat posse eas consistere in eodem subjecto, eodem tempore &c. Sic non implicat, Propositionem aliquam necessariam cognoscere simul per medium οἰκείον & probabile modò adsit certitudo cognoscentis *vid. §. 88. 89. vid. Conimbr.*

§. CII. *Actus Scientiæ propriissimè sic dictæ, cum actu fidei divinæ consistere non potest ob hujus inevidentiæ.* Sed hoc ulterius explicandum est. Pro conclusione nostrâ pugnant *Thomas 1. 2. qv. 67. Art. 3. It. 2. 2. q. 1. Art. 5. & Cajetanus ibi, aliiq;* (vid. *Conimbr. l. c. Art. 3. §. Ad quartum.*)

Sed contrarium statuunt ipsi *Conimbric. l. c. §. Etsi.* Et videtur consentire *B. Hülfem. de A. G. p. 206.* Cujus hæc verba sunt. *Posse autem unius Objecti veritatem ex diversis principiis, diverso etiam modo percipi, non dubitat, qui unitatem Dei ex impossibilitate duorum infinitorum aut duorum simul primorum motorum crediderit fide humanâ* (NB. fides hic quamvis cognitionem notat); *& postea idem Objectum conceperit fide divinâ ex voce Spiritus S. Audi Israhel &c. vide quæ sequuntur. It. Scheibl. c. 15 Log. no.*

92. Re-

92. Respondemus verò non repugnare nobis B. Hülsem. & Scheiblerum. Concedimus enim Habitum fidei & scientiæ de eadem Propositione, posse eodem tempore eidem homini inesse; & diverso tempore actûs illorum habituum; utut illos actûs eodem tempore eidem inesse posse, non concedamus. De diverso autem tempore non obscure loquitur B. Hülsemannus. Adhæc, aliud est, an de eadem materiâ simul possit esse scientia & opinio, aliud, an de eadem propositione. Videatur Smising. Diss. Theol. Tract. 1. num. 46. & imprimis Sylvius ad 2. 2. q. 1. Art. 5. Huc pertinent quæ diximus supra §. 92. de Apprehensione Viatorum & comprehensione Beatorum.

§. CIII. Actum Scientiæ Theologicæ cum actu fidei divine consistere non implicat. vide supra §. 74. It. Franc. Sylv. l. c. circa finem. Conveniunt enim in inveniendiâ, Certitudine vero utut Scientia Theologica fide sit inferior, non tamen in gradibus certitudinis differunt.

Dubites tamen an huc pertineat quod Clemens Alexandrinus l. 5. Stromatum inter alia inquit, ἅτε ἡ γνώσις ἀνὸς πίστεως (puta si salutaris esse debeat) ἔσ' ἡ πίσις ἀνὸς γνώσεως Hic ipse Clemens Alex. tertio seculo Gnosticorum nomen, Pseudo-Gnosticis ereptum, asseruit Christianis, quem seculo quarto secuti plures alii. Sed hi per γνώσιν nihil aliud intellexerunt, quam gradus perfectionis in Christianismo, unde distinguebant tum γνώσιν eximiam ab inchoatâ, tum Gnosticum suum ab imperfectioribus Christianis, &c. vide rursus Schediasma Excell. Thomasi §. 41. 44.

§. CIV. Actus Fidei divine cum actu fidei humane consistere nequit, ob hujus incertitudinem. Contrarium quidem statuunt Conimbric. l. c. Qv. 2. Art. 2. §. His positis. Frequenter aliquis credit idem mysterium autoritate humanâ parentum aut magistrorum & simul divina, ut experiendiâ constare videtur, Sed Resp. Concedo iterum de habitu, &c.


§. CV. Demum nec Actus fidei divine & Opinionis consistere possunt, ob hujus incertitudinem. vid. Sylv. l. c. Art. 5. ad 3. & 4.

§. CVI. Hæc sunt, quæ hac vice de præcipuis Cognitionum speciebus dicere habui. Ubi, si non in omnibus τῶν ἐκ τῆς Πιστῆος à me observatus, quædam etiam, quæ dicenda fuerant, omissa erunt: veniam à Benevolo Lectore facile impetravero, si nos, dum in viâ sumus, omnia (quidni & ipsam cognitionem?) ἐκ μέγης cognoscere reputaverit. Fidei verò sanæque Christianorum Sapientiæ, siquid præter voluntatem (ut homines sumus) adversum irreperit, id ipso opere irritum indictumque esto.

Τῶ ἢ Φῶς οὐκ ἐνὶ ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν ἕδεικ ἀιδρώτων, ἕδὲ ἰδῶν δύναται, Αὐτὰς πηρὶ κρητὸν αἰώνιον. Αμὴν. 1. Tim. 6. 16.

•••(•)•••

Wm



50,12-8

II f
415

Q. D. B. V.
DE

CERTITUDINIS
IN COGNOSCENDO
GRADIBUS ET SPECIEBUS
DISSERTATIO PHILOSOPHICA.

X18604

Quam

Consensu Inclytæ Facultatis Phi-
losophicæ in Academia Lipsiensi,

PRÆSIDE

MAGNIFICO RECTORE

VIRO EXCELLENTISSIMO ATQVE CLARISSIMO

DN. M. VALENTINO ALBERTI

Dialect. & Metaph. P. P. Facult. Philos. Assessor,
& Collegii B. Mariæ Virginis Collegiato.

*Domino, Patrono atq; Præceptore suo
summè semper deueniando;*

Publicè ventilandam proponit

BARTHOLOMÆUS BREDELO,

Regio M. Præsus Autor & Respondens.

Ad d. 29. Decemb. M. DC. LXVI.

H. L. Q. C.

L I P S I A,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.